



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Elementa Doctrinae De Circvlis Coelestibvs, Et Primo  
Motv**

**Peucer, Kaspar**

**Vitebergae, 1576**

**VD16 P 1990**

D.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56559](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56559)

tionum tabulis, ad loci certi latitudinem conformatis, diuisoq; per 15. (tot enim partes equinoctialis quavis hora euehuntur) Gradibus vero superfluis per quatuor in horarum scrupula conuersis, & pro quibuslibet 15. scrupulis unius gradibus (si qua adherent) uno horæ scrupulo accepto, horæ, scrupulaq; diurni temporis colligentur, que ex 24. horis deductæ, nocturnum spacium relinquent.

## D.

Has causas equalitatis dierum & noctium in sphaera recta, inæqualitatis in obliqua, alij circulis parallelis exprimunt, & velut depingunt. Sol enim primi cœli quotidiano motu circumductus, ultra



# TAB GRAD

TABLE  
 OF  
 THE  
 SINES  
 AND  
 COSINES  
 OF  
 ALL  
 THE  
 DEGREES  
 AND  
 MINUTES  
 OF  
 AN  
 ARC

Ho- re	Grad: equm.
1	15
2	30
3	45
4	60
5	75
6	90
7	105
8	120
9	135
10	150
11	1
12	
12	

Grad: equm.	Grad: equm.	Grad: equm.	Grad: equm.	Grad: equm.
15	15	15	15	15
30	30	30	30	30
45	45	45	45	45
60	60	60	60	60
75	75	75	75	75
90	90	90	90	90
105	105	105	105	105
120	120	120	120	120
135	135	135	135	135
150	150	150	150	150
1	1	1	1	1

in equis




ABVLA COA  
 ABVS AVINCOA  
 Cuncta scripta horis  
 p[er]s congruent

Scrup	Grain	Grain	Scrup
1	12	12	1
2	24	24	2
3	36	36	3
4	48	48	4
5	60	60	5
6	72	72	6
7	84	84	7
8	96	96	8
9	108	108	9
10	120	120	10
11	132	132	11
12	144	144	12
13	156	156	13
14	168	168	14
15	180	180	15
16	192	192	16
17	204	204	17
18	216	216	18
19	228	228	19
20	240	240	20

citras

citraq; equatorem annuatim 364. parallelos, id est, boreos 182. totidemq; austrinos, ipso vero equatore connumerato 365. delineat. Horum omnium centra in axe mundi seu equinoctialis consistunt.

Cum igitur in sphaera recta, axis mundi incumbat planæ superficiei Horizontis, horizon omnes in equalia hemicyclia findit, quorum alterum supra Horizontem extat, alterum subdus occultatur, diurna ideo spacia nocturnis etiam equantur, siquidem arcus, quorum regulari motu spacia illa describuntur ac distinguuntur, equales sunt.



In obliqua sphaera, cum alter polorum exaltetur, alter deprimatur, Horizon obliquus eosdem parallelos non in equalia hemicyclia, sed segmenta inaequa

in equalia dissecat, per 22. propo: secundi Theodosij  
 de sphaera, sic ut borealium, qui ad eleuatum polum  
 vergunt ab equatore, maior arcus supra Horizon-  
 tem emineat, minor occultetur. Reliquorum, qui  
 ad oppositum & nobis perpetuo latentem polum  
 tendunt, minor arcus supra Horizontem extet,  
 maior abscondatur. Solum equatorem in hemicy-  
 clia equalia, ut circulum maiorem dirimit, ideo  
 tunc solum dies noctibus equantur, cum equato-  
 rem Sol adit. At ubi in boream euehitur, diurna  
 producuntur, nocturna deficiunt: cum ad austrum  
 digreditur, diurna econuerso contrahuntur, no-  
 cturna extenduntur spacia. Duo tamen quilibet  
 Paralleli equaliter ab equatore disiuncti versus  
 oppositos polos, quorum vnus in boream, alter in  
 septentrionem vergit, in hoc conueniunt, ut quante-  
 tum supra Horizontem parallelus boreus arcum  
 exierit, tantum sub eundem austrinus abdit atq; oc-  
 cultat, & contra. Ideo aestiuorum dierum quilibet  
 nocti hybernae, quam Sol oppositum zodiaci pun-  
 ctum in hemicyclo Austrino permeans efficit, ad-  
 equatur, & econuerso. Sic Sole tenente principium  
 Cancri dies est 16. ho: 30. scrup. in Horizonte no-  
 stro. Tot horarum nox est Sole principium Cap-  
 ricorni obsidente. Nam per 6. primi Theodosij de  
 sphaera, tales paralleli equales sunt, nec ut 3. secun-  
 di de

di demonstrat, plures duobus in vlla sphaera, simul paralleli esse possunt, & per 22. secundi eorundem parallelorum segmenta  $\epsilon\pi\alpha\lambda\lambda\alpha\epsilon\iota$ , id est, coalterna, quorum alterum eminet, alterum occultatur, perpetuo aequalia permanent. Sed meminerint studiosi non parallelos, nec absolutos circulos, sed spiras quasdam  $\epsilon\lambda\iota\kappa\omicron\alpha\delta\epsilon\iota\epsilon$  à Sole describi. Non enim in vno caeli loco Sol haeret immotus, verum progreditur interea. Ideo non ad idem punctum caeli reducitur primo motu vnde exierat, sed ad aliud à priori diuersum.

## DE DIEBUS CIVILIBVS.

QVATVOR caeli cardines, quos Horizon & Meridianus, constituunt, diem naturalem in quatuor partes distinguunt, ortu occasuq; Solis & Meridie ac media nocte definitas. Haec in sphaera recta, perpetuo diei quadrante aequali, seu 6. horis constant, neq; inter se sensibili momento temporis differunt. In obliqua, quouis anno ipsis diebus aequinoctiorum inter se numero horarum aequantur, reliquo toto tempore discrepant; ita tamen vtdue, quas supra Horizontem volutatus Sol efficit, ab exortu ad meridiem, à meridie ad occasum, inter se